Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1046053

Kreis Büren. S. 122

1273 Mai 5 Orvieto. [29

122 Papſt Gregor X. für Kloſter Höningen.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis preposito et conventui monasterii in Hegene ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini, Wormaciensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis . . . Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulacionibus grato concurrentes consensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia vel alias indulgencias vobis et monasterio vestro concessas necnon libertates et exempciones secularium exactionum a regibus et principibus aliisque Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo . . . Si quis autem . . . bis incursurum. Datum aput Urbem veterem III Nonas Maii, pontificatus nostri anno secundo.

Kopiar Nr. 721. Nach dem Datum folgt noch: Deo gratias, offenbar ein Zuſatz des Kopiſten. Fehlt bei Potthaſt, Reg. Rom. Pontif.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007